



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

30. De Adimaro Podiensi Episcopo, qui expugnataiam à Christianis vrbe  
Hierosolymitana, cùm diu ante defunctus esset, visus est in sancta  
ciuitate, priusquam muros adscendens, reliquos ad ingressum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

436 COLLATION. SACRAR.  
nam vir ille fuisset, quē in prēlio quod gelle-  
rat, tam strenuē pugnantem vidisset. Cui cum  
sui responderent, se illic nullum fortius bellū  
tem quām ducem ipsum vidisse, ille ait: Cer-  
multa per omnia me meliorem ibi alium vi-  
di, qui quoties me aduersa partis aliquis pe-  
cutere voluit, me semper suo clypeo protexit.  
Cumque dux ipse prope Spolerum, ubi basilī-  
ca beati martyris Sabini Episcopi sita est, in  
qua eiusdem venerabile corpus requiescit, ad-  
uenisset, interrogauit, cuius illa tam ampla ch-  
orus esset. Responsumque est ei à viris fidel-  
ibus, Sabinum ibi martyrem requiescere, q̄  
Christiani quoties in bello contra hostes irrati-  
præsidium haberent, ac cum propertè in su-  
um auxilium vocarēt. Ariulfus verò cùm ad-  
huc esset gentilis, ita respondit: Et potest fieri,  
ut homo mortuus aliquod viuentibus auxili-  
um præstet? Qui cùm hoc dixisset, equo desili-  
ens, candem basilicam' conspecturus intraiu-  
silicæ mirari cœpit. Qui cùm figuram ben-  
martyris Sabini depictam conspexisset, ma-  
cum iuramento affirmauit, talem omnino v-  
rum eum qui sc̄e in bello protexerat, forman-  
tumque habuisse. Tuncque intellectum  
lito adiutorium contulisse.

Ioannes Nauclerus vol. 3. Chronicorum generatio-  
ne 37. De Adimaro Podiensi Episcopo, qui expug-  
nauit

A.R.  
od gelle  
Cui cum  
ius belli  
at: Cen  
alium vi  
i quis per  
protegit  
vbi basili  
ita est, in  
ielicit, al  
ampla do  
iris fideli  
scere, qui  
oles irra  
reà in fa  
ò cum ab  
otest fieri,  
us auxili  
quo defili  
as intravit  
iusdem be  
uram bea  
sler, ma  
omainò v  
r, forman  
nollectum  
dem in pr  
qui expug  
tare

LIBER IIII.

437

tiam à Christianis vrbe Hierosolymitana, cùm  
diu ante defunctus esset, visus est in sancta ciuita-  
te priusquam muros adscēdens, reliquos ad ingref-  
sum viris animauit.

C A P . XXX.

**A**nno Domini 1099. cùm exercitus Chri-  
stianorum oppugnaret vrbe Hierosoly-  
mitana, cumq; iam totum mensem circa mo-  
nia vniuersus desudaret exercitus, die xi. mens-  
is Iulij, uno animo assaultū faciūt, & cùm usq;  
ad horam dici 7. sine certa victoria anceps  
certamen esset, subito virtus diuina adfuit,  
quæ fidelium rebus iam desperatis consola-  
tionem attulit. Nam de monte Oliueti miles  
quidem armis accinctus fulgētibus, qui post-  
modum non comparuit, signum dabat no-  
stris legionibus, vt assultum iterarent: quo si-  
gno viro exhilaratur exercitus, & maiori ani-  
mo ad expugnationem virbis rediit tanto fer-  
uore, vt qui fessi aut vulnerati, ante operam  
subtraxerant, nunc rēsumptis viribus, vtrō se  
ingerent animosius. Obtenta paulò pōst vrbe  
celis vniuersis hostibus, populus fidelium, de-  
positis armis in spiritu humilitatis, cum ge-  
mitu & lachrymis venerabilia loco singula-  
perquirere coeperunt. Die verò captionis ci-  
uitatis, Dominus Adimarus Podiēsis Episco-  
pus, quondam legatus, qui apud Antiochiam  
vita decesserat, à multis in sancta visus est ci-  
uitate, ita vt multi fide digni asseruerint, super  
muros

T 2

438 COLLATION. SACRAR.

muros ciuitatis primum omnium adscendiisse,  
& cæteros ad ingressum vrbis animasse: multi  
quoque alij, qui in via diuersis casibus occu-  
buerunt, in dicta ciuitate apparuerunt, cum a-  
lijs loca venerabilia visitantes, in quo manife-  
stè dabatur intelligi, quia etsi vita discelle-  
rant corporali, ad æternam tamen vocati bea-  
titudinem, nō sunt fraudati desiderio suo, sed  
quod pio expetuerunt studio, pleno sunt  
consecuti affectu.

*Ioan. Nauclerus locs citato. De Christianis in Antio-  
chia obseßis, & per apparitionem B. Andreae, &  
lanceam Servatoris Christi, præmissisq; ieiunio pre-  
cibusq; & sacrificijs, mirabiliter rore celestis con-  
forciatis, & de hostibus triumphum referentibus.*

CAP. XXXI.

**C**hristiani circa idem tempus in ciuitate  
Antiochena grauissima premebantur  
obsidione, retumque omnium penuria & fa-  
me. Dum igitur sic affligerentur, respexit eos  
Dominus, consolationemq; misit. Apparuit  
enim cuidam clero B. Andreas, cui plurimū  
erat deuotus, commonens quatenus princi-  
pibus nunciaret, ut lanceam qua Domini no-  
tri latus era ē perforatum, in Ecclesia beati Pe-  
tri repositam perquirerent, eique locum cer-  
tis ostendebat in dicijs. Quod cum fecisset, ip-  
se ad eius suggestionem in loca effossa ali-  
quantulum terra, lanceam, sicut clero illi  
ostensum fuerat, inuenierunt. Hoc audiens po-